AD DEXTERAM
ORIENTIS, CA
LAMITATES
MEÆ, ILLICÒ
SVRREXER
VNT REDAC
TVS SVM IN NI
HILVM. IOB. 30.

CHRISTIANI
INTESTINO
BELLO DEBI
LITATI, INIMI
CIS ECCLESIÆ
RESISTERE
NEQVIBVNT
METHODIVS.

HISTORIA CONSTANTINO-POLITANO-TVRCICA:

POST AVVLSVM à
CAROLO MAGNO
OCCIDENTEM, ad hoc
uſq; æuum deducta.
Auct. & Collectore,
CHRISTOPHORO BESOLDO J.C.

ARGENTINÆ,
ſumptib. Hæred. LAZARI ZETZNERI
ANNO M.DC.XXXIV.



I.B.

HISTORIA CONSTANTI-NOPOLITANA

Poſt avulſum

à

CAROLO MAGNO

OCCIDENTEM, AD NOSTRA
usq; tempora deducta:

*ET EX VARIORVM HISTORICORVM
collatione, ac ipſorum verbis formalibus
repræſentata;*

Per

CHRISTOPHORUM BESOLDUM, JC.

Ejusque pars prior, Seriem & res geſtas continet Græcorum Imperatorum;

*Poſterior verò, Regum atque Principum
Turcicorum.*

ARGENTORATI
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

M. DC. XXXIV.

L. S.

QUanta Hiſtoriarum utilitas exiſtat, nemo, cui ex meliori luto Titan præcordia finxit, neſcire poteſt. Sed quãtus incluti hujus ſtudii, neglectus hodiè paſſim ſiet, dicere vix licet; & quibus prudentiâ tinctus eſt animus, tacitis cogitationibus deplorant. Sunt ſanè geſta Temporum præteritorum, præſentiũ κριτήρια ſatis certa, & indicia futurorum minimè ſpernenda. Nec niſi occaſionẽ magnarum calamitatum facere poteſt; cùm qui negotiis publicis præſunt, olim quæ ſint facta, & quid poſt temeraria quondam auſa fuerit ſubſecutum, ignorant. Hiſtoriam porrò ſedulam perluſtrationem, ſingulariè tempora noſtra requirere videntur; quibus nempè animum firmare in-

SERIES IMPERATORUM Orientis poſt avulſum Occidentem : & Eorum vitæ.

Prior numerus Annum Chriſti; poſterior paginam notat.

Nicephorus Logotheta. A.C.802. *pag.*1.
Stauratius , & Michael Curopalates cognomento Rancabes. A.C.811. 11
Leo Armenius. A.C.813. 16
Michael Balbus ſeu Traulus. A. C. 820. 25
Theophilus. A. C. 829. 32
Michael. 3. cognomento temulentus. A.C.842. 40.
Baſilius Macedo. A. C. 867. 57
Leo Philoſophus. A. C. 886. 73
Alexander. A. C. 911. 93
Conſtantinus Porphyrogenneta. A. C. 912. 94
Romanus Porphyrogenneta. A.C.960. 118
Nicephorus Phocas. A. C. 963. 120
Iohannes Zemiſces. A.C. 969. 135
Baſilius & Conſtantinus Porphyrogenniti. A. C.976. 140
Romanus Argyropulus. 1028. 153

a 5 Michael

IMPERATORES ORIENTIS, POST AVULSUM OCCIDENTEM.

I. *Nicephorus Logotheta.*

A. C. 802.

LOGOTHETÆ nomen (à ponendis ſeu diſcutiendis rationibus deductum) variis apud Græcos Imperatores dignitatibus appoſitum fuit. Erat enim Logotheta Eccleſiaſticus, Caſtrenſis, curſus publici, rei pecuariæ &c. Latinè Diſcuſſorem vocant: fuêre namque Diſcuſſores veluti cognitores, & diſceptatores publicarum rationum, ab aliis tractatarum. *Cujac. ad tit. d. Diſcuſſorib. l. b. 10. C.* Inter omnes verò Logothetas, excellebat ὁ μέγας: ejusque munus circa mandata & bullas Imperatoris occupabatur; & is idem, Iusjurandum à novo Imperatore accipiebat. Nicetas *lib. 7.* eum eſſe dicit, qui Latinis Cancellarius eſt. *Vid. Gretſerum, in com. ad Codinum. lib. 1. c. 6. n. 4. lib. 2. c. 2. n. 12. & 18. Meurſium, in Gloſſar. Theodor. Douſam, in Not. ad Chron Georgij Logothetæ. à pr. Eberlinum, d. orig. Iur. c. 19. fol. 109.* Zonaras autem Nicephorum, γενικὸν λογοθέτην, appellat: quem à Magno Logotheta ſeparat

HISTORIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ,

Pars Secunda.

REPRÆSENTANS, SERIEM ET RES GESTAS, REGUM ATQUE IMPERATORUM TURCICORUM.

COLLECTORE
CHRISTOPHORO BESOLDO, JC.

ARGENTORATI.
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.
M. DC. XXXIV.

SERIES, ET RES GESTÆ, REGUM, IMPERATORUMQUE TURCICORUM: AB OTTOMANO, usque ad præſens tempus.

SAraceni Regni, *Mahomed*, ſive *Muhammed* (quaſi deſiderabilis, laudabilis, aut celebris: à חמד, quod Hebr. deſideravit, optavit; Arabibus verò, laudavit, celebravit denotat) fundamenta jecit. Sed ejusdem ſucceſſorum potentia, paulatim diminuta, ac ferè in totum abſorpta fuit à Turcis: quorum Imperiū, circa Annum Chriſti 1300, aut 1309. à Tartaris hactenus oppreſſum, longè, lateque propagari cœpit.

2. Saracenicam Hiſtoriam conſcripſit, Georgius Elmacinus, operâ Thomæ Erpenii redditā Latinè, Rodericus item Ximenes, Archiepiſcopus Toletanus, ut & Cælius Auguſtinus Curio: ac videri quoque poteſt Leunclavius. *hiſt. Muſulman.*